

personarent de triumpho, et Osium congratulationem mihi
 persuades, et uoce decumana frequentasse suum solenne
 non de, sed da da, ridetis? atqui nihil hominibus poterat
 propinquius, dum illi de, hic da da uociferaretur, Quos
 nobilem, o triumphalem, et propterea uox Osium tam
 clara, ut pro reliquis animalibus ad musicam appli-
 cari posset, dummodo uoluptas adesset, notum enim est,
 nec suauitate, nec modulatione uocis hoc animal de-
 lectari, patet hoc ex disceptatione, qua Philomela
 uuluisq; olim degnarunt, quo certamine iudice Osium
 Philomela causa cecidit, et licet ad cantum adhiberi
 (quod tamen murtum abest) non posset, ad alia tamen
 cantu et artibus Musiciis utiliora applicari potest,
 et olim applicatum fuisse legimus, indomitam ego
 Persarum gentem bestem inuoco, quae postquam pla-
 rima cum Scythis (quibus solis Osium ignotos ferunt)
 irrito successu praelia egissent, tandem spes ad Osium
 non infeliciter translata est, qui cum uociferare
 aut eorum mos et consuetudo est, cepissent, equos
 cum equitibus in fugam protinus auerterunt, longum
 foret omnes narrare et recensere, qui Osium opera
 in decipiendo hoste usi fuerunt, Philippus rex Macedonum